Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Casus concientiae - Cod. Ettenheim-Münster 211

Bayer, Rochus

[S.l.], um 1660-1661

Quaestio 4ta

urn:nbn:de:bsz:31-118955

Visual Library

05. §4. n. 36. ita n. convenit utique explicare legem Ecclesiasticam, nec est illicitum post communionem expuere modico intervallo interiecto maxime si fiat ex necessitate idem Lai: L. 5. T. 4. c. 6. n. 23.

Ceterum Eucharistiam sumere non ieiuno licitum est in articulo mortis tempestate nova violenta a vi[illegible] imminet quod non vult expectare alium diem quo ducendus ad supplicium sit ieiunus ita Henriq. L. 8. c. 50. n. 1. litera D immo in periculo mortis saepius Eucharistiam sumere licet etiam eo casu non sit ieiunus vel altero statim die et tertio ita Lai: L. 5. T. 4. c. 6. n. 20. Sa v. Eucharistia n. 2. Nec ideo Eucharistia nocte afferri debet ut Egrorum ieiunium invertat (hoc n. fieri non debet sine gravi necessitate ut Sa: noctu afferatur Venerabile ob reverentiam tanto Sacramento debitam) adeoque Egri possunt interea cibum vel medicinam sumere etiamsi alterum diem commodius communicent. Egri n. similiter excipiuntur ab hoc ieiunio phili: T. 4. n. 238. Suarez D. 68. S. 5. pt etiam sacerdos non ieiunus celebrare ut post moribundo viaticum praebere ita docet maior, et probabile indicat Suarez D. 68. S. 1. pt etiam sacerdos non amplius ieiunus adeoque post sumptam ablutionem missa sumere reliquas hostias remanentes etiam minores idque non tantum in eodem altari sed etiam in sacristia post exutas sacras vestes quando reliquae illae commode et reverenter asservari non possunt vel plenius sit ita Granadus D. 8. n. 11. Diana v. cibo n. 44. quando hostia adhaeret palato vel calici licitum adhibendum est vinum docere dispensationem si vinum prius in stomachum veniat sufficit n. initio sui esse ieiunum ita Suarez D. 68. S. 6. phili: T. 4. n. 239. si Eucharistia publice iam delata sit ad aliquem infirmum, is autem deprehendatur a confessario quod longo tempore confessus sit invalide (sive infirmitas eius periculosa sit sive non) et confessus omnium peccatorum per longum tempus [illegible] nequeat totam absolvi non potest, tunc debet Eger actum contritionis elicere deinde eo elicito Eucharistiam sumere dilata confessione et absolutione sacramentali in aliud tempus vel sequentem diem sic n. satis omnibus scandalum vitabitur ita Diana v. cibo n. 54. cum Zambrano. L. 2 de sacrificio Missae.

Quaestio 4ta.

De Sacrificio Missae

Parochi et Sacellani toties celebrare tenentur quoties eorum officium vel consuetudo vel litterae fundationis requirunt. si vero aliquis quotidie per se ipsum celebrare tenetur pt quinquies in hebdomada et diem aliquam vacationis sumere quo non celebret ita n. fundatio intelligi debet salva scilicet honestate et devotione cum difficile sit sacerdoti saeculari quotidie sacrificare. ita Navarrus c. 25. n. 135. Lai: L. 5. T. 5. c. 3. n. 6.

Neq taliter sacerdos alium substituere tenetr qui pro se celebret.
si aliquod impedimentum aliquando celebrandi aut morbus quo laborat sit brevis vo-
luntarium mensium qbq ipse met celebrare n pt neq alium pro se substituere
tenetr neq negligentiar interea missar compensare qa hoc temp breve moralr
vel ut breve reputatr respectu totius anni vide Dia: v: missa stipendiu
n 54. nam neq similiter detrahitr nimirum quando tempore brevi Egrotantes
obsequia sua dominis praestare n possunt secq e si impedimentum celebrandi
duraret longo tempore excipe nisi stipendium sit tenuo et alteri sacerdoti
in ferno negarium ita Navarr L 2. c 2. n 210.

Ceterum multorum DD opinio e sacerdotes quoscunq ordinarie graviter
peccare si ne aliquoties in anno id e ter vel qtr saltem maioribus festis
missam legant nisi legitime sint impediti quorum nr Bonacina et Diana p: 2.
Tr 14. Resol: 16. tamen sententia contrarium sentiunt, qa imo iuxta voluntatem
Concilij Trid: tenetr omnes sacerdotes ex mandato Epi sub gravi culpa
celebrare saltem Dominicis et festis quamvis ab hoc onere excusentr
si Epus nullum mandatum de hac re publicet. Graviter etiam peccatis
q ad sacrum legendum ex iustitia obligatr et tn illud sine iusta
ca diu differt qa magno fructu p hanc negligentiam alterum privat.

de tempore celebrandi missam

Quaestio 5ta.

De

Tempore Celebrandi Missam.

In Germania pt legi sacrum mane hora 4ta etiam in hieme
si autem peculiaris et iusta ca urgeat pelatim in civitate pt incipi
sacrum hora 3tia ita ad initium aurorae finiatr vel media cotia durat a
aurora p sesq horam circitr ante solis radios coruscantes ita phi: l 5to.
n 111. Lai: L 5. T 5. c 4. n 1. Ex privilegio autem absq hac ca
vel ex necessitate poterunt idem facere sacerdotes religiosi ex quo infert
Suarez Thomo 3. D 80. S 4. eos q hbent privilegium p horam ante diem
celebrandi posse p tres horas ante solis ortum celebrare vide Dian p: 2. Tr 14.
Resol: 33. similiter missa usq ad meridiem id e usq ad horam duodecimam
licet tn ob iustam cam ultra hoc temp missam extendere v g: ob supplicationem
vel concionem publicam ultra meridiem protractam, ob fam principis vel
qa sacerdos die festo ff iter fuit impeditus quo casu etiam integra
hora post meridiem pot licere missam integrare docet Laiman Vasquez
et alij imo Navarr c 25. n 87. et praepositus docent licere sacrum dicere